

Homo ab
finatur
non ho-
mo, sed
demon.

mine minime invenitur homo: cum per ma-
litiolam in malis indurationem, qui natus
homo converteratur in demonem. Cuius ani-
mum non franget, dum homo in cruce mo-
riturus pendet? Quid si innocens? Quid si
pro alio moritur, ut non innocens fervetur?
Est qui possit resistere tanto amori? Adhuc
in arctiora amor procedit pro nobis immeri-
to crucifixi: igitur quod pro omnibus fecit, si
fuisse opus, pro unoquoque facere.

Galat. 20.

Fidei
probatur
operibus.

Ver. 21.
August.

19 Audiatur Paulus: *In fide vivo filij
Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum
pro me.* In fide eius qui Paulum dilexit, vi-
vit. Quare non dicit in lege? Fidem sequun-
tur opera, iuxta precepta; quoniam alias
esset mortua; & intelligitur vivere iuxta legem,
qui Iesu Christi proficitur fidem. O tempora!
O mores! Christiani multi fide
vocantur, & non sunt: igitur vivunt Chri-
sti conculantem legem, quasi non haberent
fidem. Ideo addit: *Non abieci gratiam
Dei.* Id est, subdit Augustinus: *Non irritam
facio:* quippe frustrat abieciendo fidem, qui-
bus cognita fide proterit legem. Gratia
fuit & summa, fide illuminare intellectio-
nem, qua nos Deus in suum vocavit admi-
rabile lumen: & gratiam ex abrupto abiecit,
qui fidei operibus non respondet; quoniam
haud facile creditur credere, quicumque su-
der fidei operibus contradicere. Ipsa fides
in opera insulat, ut homo contra se pug-
net; quin in rationem dominium voluptati-
concedat, sed si indultum, ab errore res-
piciat. In peccatis nihilominus homo per-
sistit, quin agnoscat quod cognoscit; &
projicit summum discrimine gratiam, dum
remit suscipere penitentiam: etenim si dum
adhuc vacat, vacat, & se peccator, proie-
cta gratia in sanam mentem non revocat;
clausa obliolato pectori divina clementia
ianua, non respondisse gratia videbitur,
quanta poena.

Non res-
pondere
gratia,
est acius
tormentum
cordis.

Amor
Christi
peccato-
rum quan-
tu?

20 *In fide vivo (ait) filij Dei, qui di-
lexit me:* etenim vel ipsi rationi grave, di-
ligentem cognoscere, & diligentis fidei non
respondere. Amor conciliat amorem: & est
rationis cruciamem, cognoscere obsequium,
& persolvere ut odium. *Dilexit me.* O cha-
ritas divina! *Dilexit me,* quasi propria inter-
fesset, & non mea. *Dilexit, & pro me* in
mortem crucis *semetipsum tradidit;* ut ex-
hibito tanti operis altruere excellentiam
charitatis. *Pro me semetipsum tradidit;* qua-
si non me, sed illam oporteret. *Se metipsum
pro me.* Quis ego? Quis ille? Ego infe-
lix homo, venundatus sub peccato: ille
habitabat in caelo. Ille offensus, ego ve-
ro offendens illum. Quis legem det amanti,

bus? Cogitat amor quod lex sine lege sit;
dum ille, qui tantus, tradidit semetipsum &
pro me: siquidem ius erat, me peccatorem
pro crimine crucifigi; & ille cruce pendit
pro peccatore. Pro peccatore. O centrum
gratie! Pro me: in amore haud cogitabile
plus: igitur in charitatis obsequium, tradidit
semetipsum crucifigi, pro maximo peccato-
rum. Par est, quod vivat Paulus, pro quem
tantum vivit, Christo; dum Christus dili-
gens tanta perpeclus pro Paulo.

21 Pro Paulo: Ita asserit: *Tradidit se-
metipsum pro me.* Pro omnibus sane facta in
cruce redemptio: quomodo tantum pro Pau-
lo? An quia quae alijs collata, eius charitas
na propria a biturata beneficia, ut gratitudi-
ne pro hominibus, dum ille dilecto, dile-
ctus non sit tantum illi, sed omnibus? Actio-
nem Christi charitatem demonstrat, ubi
quod commune cunctis, beneficium sibi arro-
gat. Confectus Christus dilexit, & tradit in
cruce semetipsum pro cunctis: Paulusque
quasi solus esset ex hominibus tanto labore
redemptus, asserit, quod pro se suspensus
cruce Christus; quoniam ut Paulus salvare-
tur, si oporteret, semetipsum dumtaxat pro
Paulo traderet.

22 Innuit proximus Pashoni, augustum
instituentis Sacramentum Eucharistiae. *Hic est
(ait) sanguis meus novi testamenti, qui pro
multis effundetur.* Apud Lucam ego legitur
Pro vobis. Hoc singulare in vehementissimo
amore, illud autem generi humano commu-
ne. Quo igitur pacto adstringere conatur
universali gratia, discipulorum singularia
corda; ut sanguis preciosior tradatur ly-
trum pro illis, quando funditur pro multis?
Exprimit Assertor, quid facit, & quid faceret
pro salute hominis, in lenocinium charita-
tis pectoris: sanguis & mors crucis captivi-
tatis est pretium, atque Golgotha eximij
amoris theatrum: unde *sanguis meus*, qui
profunditur *pro multis* quasi inter illos non
recenti, recentij pra illis) effundetur *pro
vobis;* quippe tantum desiderium inest cor-
di, pro hominis ingratisimam salutem; ut qui-
quid pro libertate conditorum hominum, amor
paratus sit tantum pro unoquoque vestrum.
Hinc Legislator gloriosus Benedictus *Regul.
Sancti.* cap. 4. inlr. 21. commendat: *Nihil
amori Christi proponere:* iure quidem, dum
se pro nobis poliposuit, ubi cruci semetip-
sum tradidit; ut iam minime vivamus, nisi
cui & per quem vivimus: igitur nos a morte
liberaret, nostram mortem libe-
tissimam suice-
pit.

Humilitas
vultus
& confusio
ex gratia
Christi.

Passionis
Christi
pro se
tantum
debet con-
giare
quibus.

Marcus
14. 24.
Luc. 22.
20.

Amor
eius pro
quolibet
faceret,
quod pro
omnibus
fecit.

S. Ben.

Amorem
exigit
amor.

DIDASCALIA IV.

Amor solus sibi sufficit.

Her-
nard.

Amor
non pati-
tur ino-
rari.

Senec.

Genes.
22. 2.

Operatur
per se.

Ioanni
4. 7.

Amor exi-
mius sine
causa.

A Struit Mellissus Doctor. lib.
3. de Amor. Dei cap. 2. Prae-
ceps est, vehementis, flagrans, praeter se ni-
hil cogitare sinit: fastidit cetera, contemnit
omnia, confundit ordines, pervertit leges,
usum dissimulat, modum ignorat: donat
libertatem, pellit timorem, onus non fen-
tit, meritum haud quaerit, praemia non vi-
det; & tamen urget. Non irritatur, omnia
fussert, omnia credit, omnia sustinet, sed
summa charitas, dum alius intendit quae
sua sunt; quia benigna, impatiens est. Ideo
aliger pingitur Amor, quippe operi prom-
tus, & non expectat operatorum manus.

Odit verus amor nec patitur moras,
Munus dum properat cernere.

Ait Seneca in *Herculi. furent.* ad. 2. v. 587.
In Abrahae sacrificio intendebatur & amor,
& eximij amoris demonstratio: ideo dicitur,
filium in victimam pro fervos non tol-
las, sed *Tolle tu;* ut oblatio per te amoris
insigne sit: etenim in cordis demonstratio-
nem, amor despicit rivalem. Nil habet ma-
gnum, si quaerit ad demonstrationem foc-
cium, quoniam ut substantialis, atque no-
bilibis sit, quibuslibet debet magnitudine per se.

2 Quid de Amore per essentiam dicat,
qui summum novit amorem, ut in eius su-
avisimam decuram legem, volupae audia-
mus. *Si enim non abiero, Paraclitus non ve-
niet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad
vos:* dixit discipulis, de absentia mellis, ce-
lestis Magister, & ad ingressum passionis,
Spiritus Sanctus non veniet, si in caelum fi-
lius non abierit? Cur non veniet, ut linguis
ignitis dicatur summi demonstratio amo-
ris? Christus erat ratio Patris, Spiritus San-
ctus amor essentialis utriusque. Si cum Chri-
stus esset in hoc infimo mundo, veniet Spi-
ritus Sanctus; esset iam ratio, sive causa po-
tissima adventus: & in amore lucet dem-
onstratio eximia, cum non datur ad amandum
ulla causa. Unde nisi abierit ad aethera Chri-
stus, nullo modo veniet de caelo Spiritus San-
ctus: etenim cum Christus sit ratio, & in
Spiritu Sancto summi amoris denotetur ex-
pressio; Christo necdum ad caelos assum-
pto, amor qui summus, non veniet: igitur
iam esset causa, cur tunc in mundum veni-
ret. Hispan. *Com en Christo se expressa
la razon, no vendra el amor, si ay razon
para venir.* Ideo mittet de caelo, si in ce-

lum abierit: siquidem illo absente, ut in caele-
stia tolleretur hominum corda; non micabar
in mundo nec levis causa.

3 *Si non abiero Paraclitus non veniet.*
Id est, *Ac si aperte diceretur* (subdit Gregorius
Magnus lib. 2. Dialog. cap. 38.) *si corpus non
subtraherem, quid sit amor Spiritus non os-
tendo.* Non cuiuslibet amoris, sed summi, cum
abiero, clarebit natura; quippe summus
patet, dum subsistit in absentia. Me stante
in mundo, cognoscetur amor, ceterum
non amor summus, qui quidem est Spiritus
Sanctus. Datur, praesente me, mei erga vos
amoris demonstratio; verum quid fit amor
Spiritus non ostendo. Amor Spiritus Sancti
est summus amor, uti personalis notio, &
proprietas characteristica. Ad huius ostentationem
Christi est necessaria absentia? Uti-
que. Amare dum causa est, amor est, sed limi-
tatus: amare sine causa, est amor summus:
& quid amor Spiritus non ostendo, si mun-
dum non derelinquo: siquidem iam erit cau-
sa, cur veniat; cum summus, ut sit summus,
causam non habeat. Quid sit Divini Spiritus
amor vobis ostendam; cum remotus a vo-
bis, de caelo mittam: excellentiam constabit,
dum ille, absente me, venerit: etenim cum
propter absentiam meam, non habeat ut
descendat ullam causam; quia causam non
habet, profectus in hunc mundum veniet:
igitur causa in summo amore potissima,
quod ad eius adventum nulla sit causa. Ver-
nacule, vivide: *Non aver en el mundo en que
fundar la razon, sera la mayor razon, que
tenga para venir.* Hae est summa dilectio:
verum Didascalice proposito.

4 *Si enim non abiero, Paraclitus non
veniet.* Opponitur praesentia maiestatis?
Nullo modo. Fit tantum in excellentiam
amoris. Filius est Patris sapientia. Si veni-
ret Spiritus Sanctus, dum sapientia in mun-
do esset, sapientia amorem hominibus ex-
plicaret: & non veniet, quandiu in hoc im-
mundo; igitur amor non eget interprete.
Per se sane palam fit, & operatur per se;
cum ut exprimat pectoris flammam, ingenio
proprio convertatur in linguas. In linguis
apparet, ut operationem immediatam sibi
vendicet: etenim vel summus non videretur
amor indebito culmine, sine gratiarum ce-
lestium immediata operatione.

5 Amoris utique stemma est operatio
immediata, alias vocatur frigidus ignis, vel
si totus exardescat flammis.

Ignis Amor si sit, frigidus ignis amor.
Canit Orvenus lib. 1. Epigram. 26. Ignis
fatus est, quippe pectus exprimit fatuita-
tem, ubi sine operatione proficitur dile-
ctio.

Gregori-
Magn.

Et in ab-
sentia.

In sum-
mo amo-
re potis-
sima cau-
sa, nulla.

Amor
per se ope-
ratur.

Alter sa-
gidus ig-
nis.

Orven.

tionem. Ille non ardet, & lucet; amor vero sine operatione non lucet, ut respiciat; licet ardeat. Si amor, qui in corde, ignem extendit ad manus, non est, qui se abscondat a calore eius. Ideo ignem Dominus venit mittere in terram, ut operationibus conciperet flammam. Quare, ut eius pateret insignis dilectio, Centurioni dixit: *Ego veniam & curabo*. Matth. 8. 7. Discipulis: *Vado ut a somno excitem Lazarum*; Ioann. 11. 11. Et ibid. v. 34. ut amor altrueretur actione; illi dicitur in blandimento: *Veni & vide*. Poterat enim potestas mirabilia faceret sed alia est causa potestatis & alia amoris, qui quidem in operatione immediata collocat iure dilectionis stemma. Hinc Spiritus Sanctus in terras non descenderet, nisi Christus caelos abiret: siquidem cum operatione immediata sit amoris singularior excellentia; si quod amor facturus, sapientia faceret, quid esset amor Spiritus non ostenderet.

6 Perpende mysteriosa omnino verba Christi, de huiusmodi nobilissimo amore. Non venit, nisi abeam: sed cum venerit, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quaecumque dixerit vobis. Si amor docet, discipulus facilius altiora discet; cum illa maxime quae naturae dissona, & rationi consona, promptius edoceantur amore, quam legis praescriptae severitate. Ille docet omnia, cuius amor substantia: igitur qui se amare, sapit; quippe omnia in Dei dilectione intelligit, cum in huiusmodi scientia sint simul omnia. Ille vos docebit omnia. Si amor docet, sapientia non docebit? Si interpretatur amor sapientiam, sapientia non docet amorem? Non: igitur amor haud esset magnus, nec amor, nisi operaretur per se.

7 Clarius dicitur in secunda periodo: Ille vobis suggeret, quaecumque dixerit vobis. Si sapientia Patris dicit, cur per se quae dixerit, non loquetur; sed per Spiritum amoris, sapientiae interpretis: An quia dona caelestis dilectionis solum ab his qui amorem experiuntur, dici possunt? An quia solus amor divinus sufficit eloqui, quae erga homines fecit amor Christi? Solus igitur amor dicere potest, quae facit amor: unde cum eius insigne sit, quodd operetur per se; ille tantummodum suggeret, quaeque sapientia dixerit: etenim ampliorem acciperent excellentiam, qui quae amanti operationem surripere immediatam. Amor potest offendere linguis & mutis rationem; sed ratio nequit vocibus exprimere voluntatem: quippe dedecorat dilectionis obsequium, si

Fidelis sine operibus moriturus.

Amoris excellentia in operatione immediate innuitur.

Ioann. 4. 26.

Aptius docet scientia amoris, quam se veritas regit.

Amor per se loquitur.

Ebdem

Solus amor amoris dicitur.

Amoris dedecus, quare ad demonstrationem sociis.

amor accipit ad eius demonstrationes ministrum. *Faciamus*, dixit Petrus, *hic tria tabernacula &c.* Evanuit amoris nota. Dixit, quae affectus in linguam pepulit sed *nesciens* in dilectionis commendationem *quid diceret*: etenim fervidi amoris dedecus, dum ad operationem invitatur socios.

Spiritus Sanctus suggeret quaecumque Saluator discipulis dixerit. Loquetur, sed per amorem loquetur: & non loquitur pro amore, cum sermo de amore sit; quippe amor maxime summus denuo operatur per se. Ille suggeret, quaecumque dixerit. Ideo non venit, si non abiero. Si ille venisset, dum vobiscum essem; sapientia congrueret interpretari caelestem amorem: verum careret operatione immediata, in qua tota amoris gloria. Expediit, quod ego vadam, ut ille veniat: igitur cum munia faciat, atque perficiat per seipsum praesente, Parachutus, qui amor summus, nequaquam venit ad vos.

8 Inter amoris imagines trunca nulla Numquam sine manibus Amor, & ferè semper Mercurius: observat Vincent. Chartar. de Imag. Deor. in Mercur. Est amor activus. Per Mercurium designatur intellectio, seu sapientia, quae quidem minime operatur sine amore, licet habeat penas, ut denotetur cognitionis velocitas: sed manus apponuntur alii Cupidinibus, ut constet firmitudine immediata actuositatis: igitur quaecumque vult, operatur velociter, & per se. Amor sine manibus non esset amor, quippe sine operatione non esset. Semper irrequietus instat ignis.

In nulla sede moratur. Sine manibus egeret alieno auxilio, & esset manca dilectio; quandoquidem operatione immediata, Amoris agnosceatur operatio.

9 In flamma rubi, seu in throno flammæ, quae servabatur frutex Phœnix florens, & inter ignis globos salamandra vegetabilis (floride cecinit Sedulius lib. 1. Carm. v. 127.) Moysi Dominus occurrit: Ignibus innocuis flagrans apparuit olim, Non ardens ardore rubus, nec iuncta calori Materies alimenta dabat, nec torrida vivens Sensit damna frutex, sed amici fomitis estu Frondea blanditia lambebant robora flammæ. Ita ergo apparuit Dominus in flamma ignis de medio rubi: dixitque Moysi: *Sciens dolorem populi descendi, ut liberem eum de manibus Aegyptiorum*. Haud studebit dolorum levamine, qui oblitus populi: & scit Dominus ex his quae non passus est; quippe dilectorum vulnera iudicat propria.

Math. 17. 4.

Amor immediata est actio.

Vincen. Chartar. Amor numquam sine manibus.

Oth. V. 20.

Sedul.

Exod. 3. 2.

Qui

Sedul. *Qui sancta pericula semper suscipit, & penas alieno in corpore sentit.* Canit qui supr. lib. 2. v. 135. *Descendi de caelo*, consulens ita peccatori afflictionibus attrito; & throni exaltati maiestatem, simulque tunc ad populo removerem afflictionem: tum quia ex caelestibus, solum positum in cordibus: tum quia praestat in throno maiestatis culmen, propter commodum subditorum relinquere maiestatem. *Descendi, ut liberarem eum de manibus Aegyptiorum*. Non poterat liberare, quin detenderet? Poterat, sed tunc enixe dilectione consulere: & nequaquam pulchre amori consulere, si ipse e caelis non descenderet.

Ovid. *Non bene conveniunt, neque in una sede morantur*

Maiestas & amor. Succinit Ovid. lib. 2. *Metam. Fab. 13.* Maiestas respicit potestatem, amor vero operationem: & descendit, ut liberet, qui quibat liberare, quin descenderet; quoniam haud praclare tanto responderet amori, nisi per seipsum operaretur in munere. Voluit exprinere in descensu de caelis, quid & quantum urgetur virtus amoris; igitur cum operatio immediata designet in pectore dilectionem, & operatio sola potestatem, quae maiestatem constituit; ipse per se in populi afflictione descendit: quasi amplior maiestas inest in operatione dilectionis, quam in summa potestate maiestatis. Ideo, nisi fallor, cum ut liberet, de caelo descendit; in flamma, quae amoris emblema, throno constituit: igitur innotesceret quanta urgentia flammæ dilectionis in pectore; in ipsamet amoris immediata actuositate.

10 Apparuit Dominus in flamma ignis de medio rubi. Quenam ex divinis personis hic apparuit, vel cuiusnam divinae personae Angelus apparet vices gessit; inquit Sanctus Augustinus lib. 2. de Trinit. cap. 13. Ego autem si in re tanta sententiam inferre possem, Spiritus Sancti subdelegationem minime cogitarem: cui acumini videtur suffragari Augustinus dicens ib. *Spiritus Sanctum alicubi Angelum dictum non recolam*. Quare ergo si nota amoris flamma, & Spiritus amor est, cuius ale, alæ ignis, nequit Angelus in rubo ardente personam exprimere amoris? Constat ex opere. Descendit; ut liberaret populum laboribus diris pressum; sed Moysen elegit in libertatis ministrum. *Descendi, ut liberem*, ait: *Sed veni, & mittam te ad Pharaonem, ut educas populum filios Israel de Aegypto*. Propter amorem & libertatem populi relinquit

August.

Ib. v. 10

Tom. II. Taut.

thronum; & in expeditione agrè non ferè alterius ministerium? Non representat Angelus summum amorem, nec amoris vehementis proprietatem: igitur illius est exitus, cuius fuit gratia conatus: & cui per se operari congruit (amoris insigne) interventu ministri deficeret ab amore. Cognoscitur amor peccatoris per pulsam operationis: qui nequaquam esse summus, non habens ad opus manus, Haud credit alicui demonstrationem peccatoris, qui intendit in insigne demonstrationis.

11 Duo Seraphim stabant coram Domino exercituum, cum sederet super solum excelsum & elevatum. Querulus tunc gemebat Isaias, quem acutum levavit pleni charitas. Igne tergit unus de Seraphim labia, ecce charitas plena, cum defecit nesciret, nisi quem tetigit: igitur facilius auferetur impedimentum, si nullus praeter correptum sentit supplicium. *Va mihi*: exclamavit Evangelicus Vates, & in medicinam subdit: *Volavit ad me unus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari*. Quare non forcipe ori calculum applicat, quem ignitum de altari forcipe tulerat? Si forcipe accedit in foculum; cur assumit, ut applicet, manu calculum? Facile responderet in creditis falsa fides, quippe in pluribus ministris minime distinguuntur manus & forpices. Verum delicium textus difficultatem in amoris insignis commendationem. Seraphi iure dicitur amoris plenitudo: & iuxta nomen fidei, dilectionis rutilavit operatio. Actuositus amoris est agere per ministrum, non est plenissimus amoris. Ut amore utrumque satietur, sufficit beneficium; est interveniat alicuius ministerium: sed cum lex vehementis amoris sit, quod in opere quolibet ipse operetur per se; proiecit è manu instrumentum forpice; ut exprimeret in gratia dilectionis plenitudinem.

12 Unus de Seraphim volavit, sed quis hic unus? N. Lauretus duos Seraphim intelligit Filium & Spiritum Sanctum. Ita in Silo. Alleg. verb. *Seraphi*. Stabant, verum unus qui volavit, Spiritum Sanctum, vivide in opere expressit: igitur proiecit in fide amoris quodlibet instrumentum, indicat sanè & amorem & summum; cum per immediatam propriam operationem, depromat ignis charitatis magnitudinem. *Abba Pater*: exclamavit Christus; dum pate-ret in specie divæ passionis cruciatus. Ad quid geminat paternum nomen, dum peti in afflictione levamen? Pater nequit esse non pater: & iterat vocem quasi non est.

13 In modo favoris stat plura nitudo charitatis sua. Laureti. Et tunc cessus dilectionis. Marc. 14. 18.

Non dicitur amoris, nisi cum ministerio.

Isai. 6.

Stigula inter dist. pensata nota.

In modo favoris stat plura nitudo charitatis sua.

Laureti.

Et tunc cessus dilectionis. Marc. 14. 18.

Qq

pos.

possit? Utique. Pater nomen amoris est, Amor cognoscitur, dum per se operatur: & promit semel & iterum filius afflicti nomen paternum, ne mitat de caelis in afflictione ministrum: siquidem quod videtur solatium, est tormentum.

Luc. 22. 63. *13. Perpende quidem: Apparuit illi Angelus de caelo, confortans eum; & factus in agonia.* Non quia factus in agonia, apparuit confortans Angelus; sed quia apparuit Angelus Christum confortans in acriore poena, dignatus apparitione factus est in agonia. Ex levamine oritur mestitudo, acque ex peccatoris dilatactione cordis compressio: Sancti Christus quaerebat in conspectu amorem adiutorem, & invocavit in auxilium Patrem; qui quidem filio suo non pepercit, ut iustitia satisfaceret. Amor Pater clamabat: iustitia patrem parem respuebat: & filius magis ac magis amaritudine premitur, dum confortatur: quoniam operatio designabat patrem amoris oblitum, ubi Angelum mittebat in amoris ministerium. Amor patris vel perditio filio accurrit, ut in patre Prodigii operatio designavit: Pater celestis prae amore, vel iustitia repugnante, Angelico ministerio accurrit filio; tuncque in filio crevit cordis percussio commotio: igitur cum amor, alicuius, quam amantis adhibet ministerium; vel solatium missum de caelo, non est solatium, quia missum.

Luc. 15. 19. *14. In Politicis, nescio quid habet operatio Superioris, ut conatus nanciscatur proposita laxa finis. Constituit discipulos principes Christus Dominus, in apicem illos assumens apostolatus; & in monte constituit, ut quanta esset dignitas innotesceret. Illos vocavit, elegit, apostolos nominavit; & descendens cum illis stetit in loco campestri, in quo languens expectabat magna hominum turba, descensu concipiens in languores medicamina. Non ubi principes discipulos constituit, cum illis mansisset; sed illic ubi erant infirmi cum principibus descendit: igitur haud illos elegit, ut starent in cacumine dignitatis; sed ut descenderent opitulaturis afflictis. Dum homines in praesides eliguntur, elevantur: electi vero Apostoli in ministeria descendunt; siquidem perpera electio, ubi est dignitate elatio. Descendunt, ut compleant opere, ad quod electi; & a languoribus liberentur subditi: etenim in malis efficacior medicina est Superioris praesentia. Ratio suppetit. Si per se operantur, & languores non expellunt; defectum potestatis, non amoris, subditi vel patienter arbitrantur. Si per alios adhibetur medicina; etiam obtinentes vota, autumant*

Amoris solatium per ministrum est tormentum.

Luc. 15. 19.

Luc. 6. 17.

Perpera electio ubi est dignitate elatio.

Effectior medicina est Superioris praesentia.

in praeside defectum amoris; quasi consulens subditis non amore, sed ratione dignitatis: & simulatque Apostoli in praesides eliguntur, descendunt, & per se tot languidus medicantur: ut constet subditis, illos benignè respicere & dignitate & amore.

15. Mortuus est pater, quem precibus Elisei conceperat Sunamitis. Obviavit dolore mater, frustrato gaudio:

Et mirum est potuisse silet, dolor ora represit. Sed illo percita, ut restitueret ad vitam processit ubi erat, per quem acceperat gratiam. Cognovit amaritudinem matris ab illa saepe factus Propheta; & ut iusticaretur puer, servo traditur potestatis virga. Verum hem! fraudatur à miraculo in ambitioso ministro. Tolle minister virgam, sed ad iactantiam: & vel potestatis evanescent miracula, si miraculis foveat vana gloria. Condicio huiusmodi saepe potestatis indigni; igitur sibi gratulantur, per quae habent ratione tradita potestatis, & non ex meritis. Audivit mater, vita pueri avida, & abdidit audita: quippe haud credidit posse filium restitui vitae, tradita ministro Superioris potestatis: etenim dumtaxat assumentur non ut mortui resurgant, sed ut viventes severitate virgae facti cedant. Ideo tradidit baculum & non virgam: quippe licet rectitudo in praeside magis fiat; magis attrahit corda, si curva pro fragilitate virga: igitur citius & aptius subditi ad messoria levantur, si trahantur.

16. Audivit credita ministro compuncta mater, & dixit: *Vigil Dominus, & vivit anima tua, non dimittit te.* Iure perit, sine praesentia Superioris nihil fit. Eadem auctoritas inest baculo, ac ministro: utique. Non dubitat de potestate, sed de amore, cum illa ad illum prae dolore veniret, & ille stans conaretur amaritudinem tollere. De Eliseo egregie benemerita scamina: gratie, ius erat, quod responderet gratia. *Sedule* (faretur ipse) *in omnibus ministrasti:* & grave quidem amoris, quod per se dilecto exhiberet obsequium; & pro se in necessitate videat suffici ministrum. Parum amoris expressit, dum servum misit. Licet puer non fergat, nihilominus veniat: igitur dubium tunc non erit de amore, sed tantum de potestate: & quod amor per se non facit, iam impossibile. Hinc *urgens secretus est eam*, ut amorem attrueret per opera bonam immediatam; qua mater positi voto, resurgente puero: igitur si potens utrumque amor, operans per se poterit. Frustratum in auditorium quaerit, dum sibi vel solus sufficit. Ut cuncta per se operentur.

Spiritus intus alit.

Ovid.

Indignus habet potestatem tantum in ostentatione

4. Reg. 4. 19. Subditi suavitatem ducantur.

Ib. v. 30

Nihil fit in regimine, nisi quiescentis praeside.

Vers. 13

Gravitate amore, ut amans non respiciat.

Vers 30

Amor operans per se, poterit

Virgil.

Di-

DIDASCALIA V.

In Circuncisione Christus amoris & voluntatem ostendit.

August.

Prov. 31. 22.

Ovid.

Senec.

Christus sanguine speciosior

Iphigenia sacri facium.

Virgo obtulit infantulum, pro salute hominum.

Genes. 31. 2.

Luc. 22.

1. Ita astruit Augustinus Serm. 23. de Tempore. Vix natus nascitur vix in terra nostra flos de caelis apparuit, quum tempus putationis advenit. *Byssus & purpura indumentum eius.* Byssus ex purissima matre.

O Virgo Iove digna! Aptius praedicabo, quam Ovidius de Io lib. 1. *Metam. Fab. 10.*

O clara genitrix! Potiore iure, quam de Alcidis matre, Tragicus in *Hercule. Oct. Act. 4. v. 1496.* Byssus ex matris candore, purpura ex pretioso sanguine; ut qui inter ubera commorabatur dilectus, habitu inventus ut homo, esset specie candidus & rubicundus. Habet ut rutile verum, hoc in articulo fabula ficta locum.

2. Quia omnia Agamemnoni adversa, ut fierent obsequio singulari secunda; fit à rege votum, puta; Dianae immolandum, quod illo anno nasceretur pulcherrimum. Prohibitor! nata filia est: & ducitur à genitore in altare; ut in obsequium Dianae Iphigenia speciosa caderet vulnere. Signum vulneris in vulnere dumtaxat factus; ut immolationis esset signum: igitur ad aras pro Iphigenia speciosa, suffecta cerva. Vide Levin. Torrent. in *Satyr. 3. lib. 2. Horat. Dionys. Lamb. in lib. 1. Lucret. v. 84.* & quae diximus in *Expos. litter.* num. 2. Octavum puer divinus compleverat diem, & tantumquam agnus deputatur ad sanguinem. Placanda erat ira Dei pulchriore hostia, illo in anno in lucem publicam luci hominum nata: & genitrix offert vulnere circuncisionis infantulum, speciosum forma prae filijs hominum.

2. *Tolle nunc filium tuum:* dicitur Abrahæ, in sacrificium mihi. Ad quid tollitur, si non sacrificatur? Ut filij amor cognoscatur, quia nunc non tollitur. Micat amplius veritas umbra splendore, cum Iesus circuncidatur tantquam verus filius Abrahæ: igitur accedit ad circuncisionem, ut ostendat pro hominibus vulnerandi voluntatem. *Postquam consummati sunt dies octo,* circuncidatur. Ecce amoris promptitudo, & in homines dilectio: igitur ostenditur vulnere, & post dies octo, Quousque circuncidatur, & quousque

Tom. II. Taut.

pus ab Evangelista non describitur. Blanditur vulnerati ingenio, temporis immemor usque in dies octo: siquidem nulla amandi vel longo tempore atas, ni tempus sit iuxta gratias. Non atas amoris per curricula temporis, sed tempus per largitatem favoris: unde dum homo est tot favoribus dignatus, amantis Christi designatur tempus: quod quidem minime per temporis momenta, sed gratis per collata beneficia; ut constet quod amoris atas, sit tantum charitatis. Venit ergo dies, ut circuncideretur verum Evangelista non dicit circuncisionem, sed diem. Tempus est mensura atatis & adus circuncisionis infertur ex praesentia temporis; quoniam amor Christi tempus ut proprium non habet, quousque sanguinem pro hominibus fuderit.

4. Tempus & non amplius Evangelista designat, ut fidem amoris Christi coram hominibus astruat: igitur si intendit exponere quid sit passus in circuncisione infantulus, speculum nullum clarum in representationem praeter tempus. Tempus, iuxta Aristotelem 4. *Physic. est numerus motus secundum prius & posterius.* Motus pertinet ad circuncisionem, de qua nobis affertur: fit tempus numerus huiusmodi motus secundum prius & posterius; prius & posterius ab Evangelista non dicitur tempus, quippe non erat pro dilectione motus. Hinc quicquid quietis in tempore amoris, non est temporis: ceterum cum Christus in circuncisione amorem ostendat, & amor per vulnera pateat; designatur in circuncisione tempus, quod quidem mensura motus, & secundum posterius, & secundum prius: igitur magis motus immotus, quam circuncisus; quandoquidem passus maiora, quoniam non passus. Prius, quia tarda passio nis poena: posterius, quippe vulnere levè consistit thesa. Contempletur infantis charitatem, & passionem per amorem.

5. Amor in quiete est ignis sine calore: vivideque igni confertur, quoniam si otiosus, extinguitur. Constituitur motu adjungit horologii, quod sine motu, nihil. Si silit, perit. Nautam caelorum imitatur; quorum in motu requies: & etiam constitutionem cordis, quod ni intra pectus moveatur, statim moritur. Signum evanidæ fugitivæ vitalitatis, complexus quietis. Ideo vel recens Amor ortus fingitur pennis validis alatus; quippe ut vincatur atas, iam habet alas. *Lampades, lampades ignis.* Alij & vivide: *Ala eius ala ignis:* igitur nullum pectus carpit ignis amonius, ut sedeat in throno quietis; cum flamma nec possit

Amoris mensura tur gratia

Tempus quo pro dilectione dicitur, dicitur per

Aristot.

Amor non patitur quomodo respiciat tempus

Symbola amoris.

Amor nunquam quiescit.

Cant. 6.

Qua

quiescere, nec premi, quin supprimi.

Vagis infans inter arcta
Conditus praesepia:
Membra, pannis involuta,
Virgo-Mater alligat.

Venant.

Canit Venantius Honor. Fortun. Hymn. de Cruce. Quare nati, & minimè circuncisi dicuntur lachryma: In circuncisione exponitur vulnere. Sanè: verum nascendo, maiori. Cupiebat operari, sed ligabatur: & plorat vagiens pupus, dum nascitur, & nequaquam dum percutitur; quippe altius amanti vulnus, frustrari dum movetur ad opus, operationis conatus. Quod perpetitur corpus fascijs, blandimine matris, signat quod patiebatur, antequàm pateretur, mancipium temporis: siquidem amanti acerbis iure cruciamen, quòd motus amoris commutetur in quietem.

Patitur, si demon stratio impeditur.

6. Quarebat Christus in quodam fonte levitate femina aberrantem, quæ aque refrigerio propinabat sistentibus ignem. Priusquam accessisset femina, pervenit anxius, quippe ab amore gressus, & ut lucraretur vel unicam animam, etiam lassus exultavit ut gigas ad currendam viam. Pervenit, & prævinit feminae medicamen, sed fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Sedebat, quia fatigatus, vel sedebat fatigatus, quia sedebat? Utrumque crepeum in amore; siquidem amor fatigatur in quiete. Diximus aliqua Tom. 1. Tautolog. 5. Didasc. 18. à num. 14. Altipulatur Novarinus in Umbr. Virgin. Excurs. 34. n. 349. subdens: Laborat, qui amat, dum non laborat. Quid mirum, quòd Christus fatigaretur, cum quiescendo, nihil operabatur?

Tom. 4. 6. Fatigatur, si non fatigatur.

Nova-tio.

7. Sed notandum. Fatigatur Soter noster, ut perveniret; & quiebat. Postquam venerat, accessit mulier. Hoc tempus accessions & non accessions, scilicet illud, quo Christus prævenerat, & necdum femina accesserat; fuit Christi amoris tormentum, ut medicatum obtineret iactum. Fatigatus pervenit ad fontem, requirens in motu quietem. Non operatur, quia nondum erat scopus: & patitur tempus, quoniam protrahebatur ad demonstrationem motus. Venit, & illa non venit, ortaque fuit poena, quia necdum venerat illa. Venit fatigatus in Sichar, & quiescens sedet fatigatus sic. Fatigatur, ut proprio pede pectoris ostendat charitatem, & sedet sic fatigatus supra fontem: igitur cum ille amans expectaret, & illa quæ vocanda non veniret; magis agebatur quiescens à tempore, quam pridem fatigatus ab itinere.

Amor patitur à tempore.

8. Fatigatus ex itinere sedebat; sed se-

debat sicut erat fatigatus. Ita intelligitur. Sic Totum in amore lassitudo, & quicquid passus fuerat procedendo, & quicquid patiebatur expectando. Cucurrit amor cordis in motum, verum tempus prædixit impulsam: igitur femina non veniret, & amor sedens irrequietus expectabat. Quo usque tempus veniret, nihil quibat in obsequium demonstrare: & sedet itiquere defessus, & selsione magis anxius; quoniam à claudio tempore suspendebatur impulsus. Tempus edax verum pennas decurtat Amoris. Canit Ocho Venius Emblem. 119. Amor. Procedunt tempora tarde, charitas impetere: & angitur amans videns obsequium iuxta menturam temporis, quod velocius conceperat iuxta flammam amoris. Distincta mensura est, & cor uritur & quia mensura, & quia diversa. Omnia opportunè, sed extra tempus, vel opportunè amori: quippe serò, est iuxta seriem temporis (teste Nafone Epist. 2. Herod.) Tempora si numeres, bene qua numeramus amantes.

Et quia suspensus amoris impulsus

Ocho. Van.

Et quia obsequium iuxta est pau.

Ovid.

9. Denique. Ut perveniat ad Nunc, movetur amans. Vult prævenire tempus; sed cum tempus claudicat, quiescit motus. Tempus omnia longa facit amori, maxime dum consult animarum salutem. Properat tempore in futurum fatigatus amor, ut sit Nunc, & dum temporis ordine sederet, sedet fatigatus sic; quippe concitante femina, & volante cordis flammâ, magis affligitur suspensione flammæ, quam tota gravi itineris vexatione.

Quæ adulta iam ætate, passus est Christus pro femina peccatrice, sustinuit post ortum in obsequium nostræ conditionis ingræte. Vernula temporis, temporis Conditor, pro hominibus homo nascitur. Iter longissimum fecit, ut sibi, qui à se defecerat, hominem copularet; & illud in lucem editus, sedet infans in præsepio fatigatus. Quis enim angit? Tempus. In vulnera pro dilecto conatur intrare, ut amorem pectoris scribat in cordibus sanguine. Sedet & fatigatus per octo dies, cum summa molestia amoris: igitur cum flammâ pervolvatur in obsequium, & tempus arceret rapidissimum cursum; quiescens amaritudine angitur, antequàm impleti dies, ut corpus vulneraretur. Patitur, quia sustinet tempus, & non vulnus: etenim vulnus validum æstuantis pro hominibus pectoris, non posse ostendere vel ullam demonstrationem amoris. Tempus apud Vincent. Chartarium in Saturn. fingitur aditricum vinculis. Quid amor dum subijcitur vinculis temporis? Si opus

Imago temporis. Vincens. Chart.

opus prædeditur, signum est quòd amor tempus uti tormentum, patiat: & ita durum; ut maius sit, quam quod patitur tormentum.

Tom. 1. 27. 4.

Amor valet sustineri tempore, ad cruciamen via mortis.

Crucifigitur amor in stipite 18 paris.

Imago Amoris.

Aulon.

10. Rimemur, quanta temporis amantibus sit tyrannis. Opus consummavi, quod dedisti mihi, ut faciam: post cenam dixit Patri Salvator proximus morti. Iam enim quæ pro hominum salute mihi à te credita, penitus consummata. Difficile videtur; dum ut opus consummet, morti turpissimæ traditur. Opus Christi fuit redemptio hominis, quæ consummata in stipite crucis. Quo pacto iam consummatum, opus morte perficiendum? Necdum pati cepi t, & opus consummandum consummavi? Adhuc restat tempus. Utiq: & quia restat in consummationem tempus, patet consummatum traditum opus. Angit amantem dilatio poenæ, magis quam poena quæ angit: & adhuc sine fine nascitur finem, ac consummationem ante consummationem; quippe sustinebit acerba tormenta crucis, amor qui per tulit acerbiora temporis. Volebat amor pati pro redemptione consummanda crucem, sed tempus mortalis differat mortem. Angitur amor tamquam à morte, à temporis tarditate: erat in vinculis temporis vivax flamma igni cordis. Quænam mors æquanda huiusmodi amoris cruci? Habet mortem sine morte: & ante tempus redemptionem consummaverat, propter mortem à tempore, quod non venerat.

11. Perferentur abdita. Opus consummavi, quod dedisti mihi, ut faciam. Qua lege sic? Opus consummavi, quod consummandum est. Inficiatur suppositum. Quomodo consummatum, quod faciendum? Quomodo vitæ iam finis? Per vulnera diri temporis: & tunc urgetur, ut per mortem faciat, quod per mortis expectationem tempore fecerat. Duæ passiones fuerunt, & amoris & crucis. Amoris in corde, crucis in pectore: & procedit in holles ut faciat cruce, quod opus iam consummaverat amore. Passus est ab amore, & passus etiam à crudelitate. Mortuus est, quia vitam amans amisit in cruce; mortuus est etiam per desiderium patiendi. Hoc amore iam fecerat, & intendit in opus, quod consummaverat; quippe priusquam perveniret ad aram crucis, expiraverat anxius iaculis temporis.

12. De passione crucis, crucifixio processit amoris. Ne miseris. Huius in excelsis suspensam stipite Amorem, Devinctum à tergo palmis, substrictaque plantis Vincula morientem, nullo moderamine poenæ

Afficiunt. Reus est sine crimine, iudice nullo Accusatus amor.

Succinit Antonius Edyll. 2. Mortis cruciamen perveniret ante mortem, & crux præcesserat crucem. Moriebatur, quia non moriebatur. Mors crucis erat finis amantis cordis, impedita à successione temporis. Occurrit amori volanti tempus, quod dissoluit opus, interficiens obice, cui debebat cedere. Unde Christus, cum opus consummandum esset in ligno, asserit consummatum; propter acerbum dilationis tormentum: igitur mortuus fuerat sine effusione sanguinis ab amore, antequàm faucibus moreretur in cruce.

13. Haud exaggeratio constabit amantibus, si claret quanta tyrannis amoris. Hinc Amor vocatur crudelis à Vanio Emblem. Amor. 117. igitur impellit amantem quasi in delicias, ad quod non urget nisi crudelitas. In passione Christus pretium, in circuncisionem amorem ostendit: ait ubi supra Augustinus. Inter passionem & circuncisionem fit collatio. Iure insignis ac congrua contrapositio: etenim in circuncisione passus est per amorem, quam in passione amara pertulit crucem. Consummati sunt dies, ut circuncideretur: verum in dolorem antequàm circuncideretur, consummati sunt dies: quippe prius erat consummatum ab amore cruciamen, cum per octo dies intendisset in dolorem. Consummati dies, ut circuncideretur par. Ad opus signatur tempus, verum non dicitur opus. Vulnus altius intulit amoris mortuæ temporis, cuspidemque dilationis: & in circuncisione non dicitur opus, sed solummodo tempus; ut designaretur vulnus & acrius: quandoquidem maior plaga à tempore, quam à vulnere. Ideo puer post dies octo circunciditur, ne pravaleat dolor: igitur in levamen vulneris temporis, concessus est amori dolor vulneris circuncisionis.

14. Constat in mensura temporis quid Christus passus est prius: claret quid passus posterioris, vel cruciamen amoris pro doloribus æstuantis, postquam consummatum sunt dies circuncisionis. Saragebat infans fatigatus ex tempore, accessions ad fontem; ut tormentis sedaret amantis sitim. Accessit ad circuncisionem & vulnere non bibit, sed solummodo gustavit. Sic leviter vulneratur: & tunc fatigatus affligitur; quoniam cum ultra procedere vetaret temporis lex, velocitati amoris vulnus est sedere sic.

A primo conceptionis instanti, usque ad ultimum vitæ, tradita in cruce, volavit amor

Amant mortuus, si non moritur

Och. V. nio.

August.

Malor in amante paga à tempore, quam à vulnere

Superfere dere in captis, vulnus amantibus

amor Christi pro redemptione. Decevit igitur suspendere aliquantulum laborem, ut intritus premij discipuli moverentur in certamen; ac in monte Thabor vel in nube humanitatis claritatem ostendit rutili Solis. Stupens Petrus prae gaudio dicit: Domine, bonum est nos hic esse.

March. 17.4. Sedul.

Amanti non patitur dolor.

Dicam cum Sedul. lib. 3. de Christi. miracul. v. 284. Ambitus Petri, fuit vulnus pectori Christi. Tanta poena in gloria tanta! Utique. Eius intendebat amor profequi cepta, & volans curiculo temporis in propositum. Si ibi manebat, frustra abiret inuentum: & Christus intus dolet, de quo Petrus inscius gaudet; quoniam si amoris insigne, ultra utque ad finem procederet, necesse fuit, quod cogitatio Petri pectus Christi vulneraret; ex eo quod demonstratio amoris in tam exigua demonstratione maneret. Hispan. Fus dolor del amante corazon, prebender que sus sinezas se quedassen asi. Nescit Petrus, quantus amor sit in corde, dum fatagit a proposito vere antantem resilire: igitur si nullam ampliorem habet gloriam, quam pro dilecto profundere vitam; dum suspendantur conatus, cordi inseritur ingens vulnus.

15 Obsequiosè sese gerit Christus Dominus, etenim immediate post ortum, sanguine expressit manus amori commissum. Inchoavit pro hominibus effundere sanguinem, sed in progressum contrariam invenit legem. Quicumque invenit amor obicem in propositum, est motui summum tormentum: & cognoscitur quam grave, ubi inhibetur in demonstrationem profequi. Lenocinium fuit vulnus in circuncisione, quamvis leve. Licet guttatum, solacium, sanguinem fundere: sed saucium intus permansit cor, ubi amor manebat sic. Offertur Patri ob humanum genus passer innocentissimus. Modò tantum tingitur sanguine usque ad praefinitum tempus: & agrè fert amor quod corpus passer perveniat ad aram, & dimittatur quin sacrificet vitam: ut veniat, & tantum veniat: ut veniat, ad hoc ut vadat: ut qui intendit esse vulnerare saucius, sit tantam sanguine tinctus: ut liber dimittatur in campum, expositus iuxta altare in solemne sacrificium: ut denique in demonstrationem amoris collum exponatur iugulo, & propter maiorem fidem suspendatur demonstratio.

Quantus dolor amanti, dolorem fugeret?

Lev. 14. 6.

16 Iam enim sub ictu gladij paterni erat Isaac immolandus, & suspenditur ictus,

Audivit igitur clamantem Angelum: Non extendas manum tuam super puerum. Non extendit. Ad quid iubetur tollere? Ut virtus clarescat obedientiae. Gradus huius virtutis, & sanè sublimis, iuxta D. P. Benedictum Regul. Sancti. cap. 7. est, Si in ipsa obedientia duris, & contrariis rebus tacita conscientia patientiam amplectatur. Ecce exemplum. Tolle filium in sacrificio: ne extendas manum super eam. Sacrificia, ne sacrifices. Vade, revertere: ut dum captivatur in duris libertas voluntatis, artibus vinciat in contrariis perspicuitas rationis; rutilante obedientiae decore, in ipsa intenta contrarietate.

Genes. 22. 12.

S. Ben.

Obedientia per se, fella agnoscitur in oppositis insula perficitur.

17 Tollitur puer Isaac, & non tollitur. Cur ergo usque ad aram non offerendus perducitur? Ut confiter etiam filij amor, modo non sacrificetur. Difficile prorsum. Amor minime cognoscebat ante sacrificium. Per vocem caeli suspensio, manet sicut ante praereceptum pectoris demonstratio. Quo ergo pacto suspensio erit nunc amoris insigne, si pridem etiam signum erat longè? Per opus cognoscitur quid in pectore: quomodo cognosceatur suspensa demonstratio ne? Quia suspenditur. Placet sibi amor de occasione ostentationis fidei, etiam dispendio vitalis auz. Expectat, venit, gaudet; & dum inhibetur, moeret; quippe dolet esse sub gladio, & quod ictus gladij perficitur impulsu.

Amor ad let do frustrato vulnere.

18 Si non duceretur puer ad necem, nullam pectus amoris faceret demonstrationem: in hanc avidus ducitur, & in opere suspenditur; ut magis rattilet flamma, quia non progreditur ultra: siquidem exardescit, dum pectus impellitur progredi, & a praerecepto lato cogitur sistere. Arbitratur amor, vulneribus expressurum cordis incendium, & soliciat in gaudium totis viribus periculum. Amoris signa sunt vulnera: & dolet amanti anima; eo quod in vulnere evidenti discrimine, egrediatu e praelio sine vulnere. Si devoveret avidus neci, micat ignis fulgens flamma: si suspenditur, nitet amoris vehementia: etenim cum in violentia cognosceatur, & valde violentum sit amanti, dum operatio suspenditur; amplius coruscatur in fidei maxime offendendae privatione, quam in fide: igitur amplius patitur, dum revocatur ab opere, quam dum patitur a vulnerare.

Magnè patitur a vulneris suspensa n. quans a vulnere.

19 Dum ducitur morti, ducitur ubi vult: dum retrahitur, avellitur a quo vult in suspensione operationis, plus patet ignis pectoris amanti: quippe si retractio violentia, ex violentia in amore maior flamma.

ma.

ma. Ducitur & placide periculo, sed revocatur a gaudio. In passione gaudium collocat: amore praereceptum revocat: & tunc amor sine operatione rutilat; quippe si intensior, cum maiora patitur, plus amor patitur, dum a passione suspenditur. Manere non est amoris, nec amanti; cum sit semper studiosus perfectionis: non solum intendit facere, sed opus undecumque perficere. Perficere opus conatur in actu, facere dumtaxat in impulsu. Ducitur, repellitur; & tunc ulteriora quorum fatagit, sine vulnere patitur: igitur suspensio vulneris ictu, orienti acerbissima passio, ex eo quod ne sic maneat impulsus, in vulnus ducitur cor; & compellitur a lege, invide manere sic.

Patitur dum impellitur, & in contraria compellitur.

20 Denique. Carentia operis & privatio eandem sine meritis obtinent classem, ni connotent amoris operationem. Non operari, non est amoris, quippe numquam videtur ociosus ignis: ab operatione privari, est in amore studere vehementer; quoniam plus inflammatur, cum detinetur. Ducitur itaque in sacrificium Isaac, ne in eius pectore fides amoris otiosa sit: & tunc revocatur ab insidigendo vulneri; ut crescat in violentia conceptus flammæ: igitur si amoris intenditur magnitudo, & hanc astruit demonstratio; suspensio utriusque indicabit magnum, siquidem numquam maior, quam cum revocat impetum. Clarius speculum amoris pueri Iesu in circuncisione exponitur, cum Isaac lethaliter vulnerandus ab ara sine vulnere retrahitur. Gratulabatur de vulnere sibi; & dolet, gaudetque de lege. Gaudet, quippe iam perventurus ad aram: dolet, quippe exiguum vulnus haud gravem poterat inferre poenam. Gaudet de dolore, & dolet de exquisitate, aut de doloris dulcedine. Gaudet, quia effundit cruorem; & dolet, quoniam non potest totum effundere sanguinem.

Angetur, cum impeditur.

De vulnere circumcissionis Christi gaudet, & dolet.

21 Cum Dominus Iesus pro salute hominum tormenta siteret, vinum myrrhatum propinatim respuit. Dum gustasset noluit bibere. Amori dulcissima fella, quoniam pro dilectis lenocinantur cruciamina. Si dolorem sitibundus ambit, quomodo amarissima fugit: Omnia apta ad suspendendum sanguinem: ait ex Plinio Baronius Ann. Christi. 34. Obstruit vulnera vinum myrrhatum, & sanguinis impedit per vulnera exitum. Multum sanguinem tantis rupturis, quasi exhaustis per cruciamina venis, Christi vulnera fuderant, sed totum minime exhauserant: & cum gustat myrrhatum, non vult vinum; quippe licet afferret dolorum sitibundus, dolorem; haud placuit, quod ob-

Intendi anxie totum pro fundere sanguinem.

March. 27. 54.

Baron.

stabat totum profundere sanguinem. 22 Dolor Christi post circuncisionem patet hic, & flammam pectus. Fundere pro hominibus sanguinem, totus amoris co-natus. Ex vulnere circuncisionis aliquantulum emisit, reliquum autem intra venas mansit: & dolet ob initionem legis, cum dicat ex praescripto, in vulnere tam levi, Satis sanguinis: amorque haud iudicat accensas pectoris flammam, ni pro dilecto vel per inane vulnus exhausti venas. Hinc patet distantia inter dolorem, & cordis amaritudinem, ante & post circuncisionem. In utroque cruciamine tyrannus amoris tempus. Prius, quippe quomodo procrastinabatur motus. Posteriori, quoniam transierat gaudium ex vulnere, quasi nullum fuisset vulnus. Prius, quoniam expectabat futurum posterius; quippe praeterierat expectatum. Prius denique, quia non poterat pati: posterius, quia plus pati amor non poterat; & amplior dolor amori, plus pati non posse ex vulneri: quam ante vulnus, temporis protractione non posse pati.

Quid non Christi flamma cruciamen, post, vel ante circuncisionem?

23 Apud PP. frequens placitum, situm Christi in cruce & moraliter & physice maximum fuisse tormentum. Vide Suarium Tom. 2. in 3. part. D. Thom. disp. 34. lect. 3. Pater ultimum (quod sanè nequaquam esset, ni gravior fuisset) igitur ut consummaturum, Inclinato capite, Christus tradidit spiritum. Grave habet argumentum huiusmodi sententia, ut acerbitas sit estimata pro lancea: unde huiusmodi vulnus inter tot vocatur lateris Salvatoris iniuria; & ipse clamat in clementiam paternam divinam: Erue a frama Deus animam meam. Crescit etiam pondus acerbatis ex conditione amoris: siquidem cum pati pro dilecto sit amanti delectabile, amori etiam non sensibile sensibile. Quomodo ergo sitis acerbis tormentum, inter angustias dolorum? Sitibundus Salvator tormentorum, & praeter tormentis, venis corporis rupis, & pene exhaustis, cum extremum in cruce patere cruciamen, expressit cordis & corporis sitim. Ut acetum gustavit, tormentorum omnium pondus consummatum est, & non valuit pati plus. Dum percussum fuit latus (est promptus ad vulnus) non potuit pati; igitur anima separata a corpore: & inter tormentum & tormentum, tormentum sitis, & tormentum vulneris, referato arcano lateris, praevaleuit cruciamen sitis; quoniam acerbis cruciamen, non posse in cruce plus pati, quam pati in cruce non posse.

Ioan. 19. 28. 30.

Psalm. 21. 21.

Verf. 30

Acerbiss amanti non posse plus pati, quam pati non posse.

24 Ecce contentio amoris dum patitur non patiendo. Patitur, si non patitur: si patitur,

tura, quia non plus. Qui expectavit vulnera vulnus habet; & ex gaudio oritur poena, quoniam non habet, quae expectavit vulnera. Prius quia quiescebat; & post, quia quiescebat sicut prius: igitur ex vulneribus in gaudia cordis, iam consummati sunt dies. Gaudium ex circumfissione habuit, sed non plenum, quoniam tempus, ut pateretur, iam consummatum. Bibens, seu gustans tormentum, pro nunc consummatum est: & mereret amor, quia non valet pati plus. O formose puer? Fecisti ascensum purpureum, ut demonstrares in circumfissione amorem accensum. Licet amor longa, laticem aperient tempora.

Incipe parve puer.

Virgil.

DIDASCALIA VI.

Quantus Virgini Matri dolor privari filio!

Bernard.

Summa dolor virgini de filio in cruce pendenti Idem.

Senec.

Ovid.

Doloris magnitudinem de mensura amoris.

Apoe. 22, 24

ventura in Comp. Virg. lect. 1. Richard. Victor. lib. 4. de Laud. Virg. & alij plures apud Haye hic videndi, si lubet. Patet dolor, & etiam acerbitas doloris in & ex amore matris; cum dicitur: Raptus est filius eius ad Deum, & ad thronum eius & mulier fugit in solitudinem. Perpende: Non dicitur filius assumptus, sed meditante raptus, ut exprimantur adempta doloribus a corpore vita, & mors cruciaminibus violenta. Quid mirum, quod mater intimè, atque amarè crucietur, dum filius ab eius oculis ita crudeliter rapitur?

3 Solitudo matris, & raptus filij simul explicantur, ut constet matris tormentum: etenim nulla maior poena, quam mater sola. Non erat sola Maria, quandoquidem & fovendo dolorem, iuxta filij stabat crucem: filius à matris conspectu tollitur, & uti mater sola Virgo cruciatur. Dolores vexabant fragile solidius pectus, ceterum vivebat est doloribus filius. Quousque mortuus, non fuit sola: rapitur, & irrepit in pectus ultima poena: igitur etiam anima faucia; cum videret filium à morte doloribus rapi, & in solitudine genitricem derelinqui. Ipsa stabat iuxta crucem patientis, & etiam in cruce desolationis. Vivente filio, iuxta crucem: mortuo filio, ultra crucem; quippe eius dolor nimis ultra dolorem: igitur summa amantis cordis amaritudo, dilecti circumspicere cadaver ita faucium pro dilecto.

4 Insigne aliquid demonstratur in visione. Mater est, & in solitudine non dicitur mater, sed tantum mulier. Solitudo haud orta fuit ex carentia consortij, sed ex privatione dilecti: & cum exprimi debuisset dolor, eò quod esset genitricis amor; non dicitur meditante mater, sed mulier: igitur tot ferre filio moriente labores, videtur sanè ultra conditionem dilectionis genitricis. Distant summè dolor mulieris, & dolor matris. Illa compatitur, haec verò patitur: & mater dicitur mulier & non mater: quoniam impossibile videtur, quod patiendò mortem in morte filij, quae genitrix non moriatur. Describitur matris poena, & etiam solitudinis causa. Fœtus insignis præ cunctis mulieribus fecit & felicissimam matrem: at non ut mater, sed ut mulier fugit rapto filio in solitudinem; ut doloris raptus in corde demonstraret acerbitatem: matrem non esse matrem, genitrici dolor; quoniam vulneratur amor: & in Virgine crevit cruciatus vehementer; quippe ea ipsa quae fuerat, & patiebatur ut mater sublato filio in solitudine videbatur ut mulier. Acerbitas poenae oriebatur à dolore, & dolor articulo circumstantia:

V. s. 86. Et dicitur mater ex dolore geniti.

Nulla maior poena, quam mater sola.

Graviter amore filij amaritur.

Cur ita grave?

Ioann. 19, 26.

Summa doloris matrem esse sine dignitate matris.

Quam frigidum matri mulieris nomen?

ta: siquidem non solum, quia derelicta, erat poena; sed quia mater derelicta.

5 Scrutemur, quid actum sit in Calvario, & quid passa Mater-Virgo. Pendebat Christus in cruce, iam iam proximis humani generis & salute & libertate: Cum vidisset ergo Matrem stantem, & discipulum quem diligebat, dicit matri suae: Mulier. Quid, & quorsum illa? Dolor summus confundit verba? Nullo modo: verum verbis inversis matris dilectæ dicitur amaritudo. Series erat, Cum vidisset matrem stantem dicit: Mater: & non vocat matrem, sed mulierem; ut notefceret ex voce matris cruciamen: igitur cor usque in intima percussit, sese videre, quasi genitrix non esset. Quicquid in alijs ekstruit vehementia doloris, & pondus amaritudinis (quasi ratio adversa acerbitati, cum vix sapiant, quasi dolore pressi) Christus Dominus haud casu fecit, dum verba proposita commutavit. Matrem vidit, & appellavit mulierem, in doloris expressionem: igitur non designatur aptius dolor solitudinis matris; quam delecta ob filij mortem, dignitate genitricis.

6 Deinde. Cum vidisset matrem, dicit: Mulier. Mater: dulcissimum sanè nomen. Mulier: sonat vox acerbitatem: Mater: profundum labia delicatum affectum. Mulier: ostendunt fastidium. Mater: quanta charitas! Mulier: quanta frigiditas! Mater: vel dulcor tituli poterat levare amaritudinem animæ. Mulier: sufficiebat meretricis nomen, ut formaret aliam crucem: & non dicit filius matri matrem, sed mulierem; ut constaret dolor solitudinis, & tanta privatione dignitatis: quandoquidem usque ad intima pungit, alloqui dantaxat ut mulierem. quam cor sanguine & amore veneratur genitricem.

Præterea. Titulus mulieris, est dilectionis, in dilectione communis. Titulus matris est amoris insignis, tamquam nomen singularis: magisque in se nina quae concepit in dolorem cordis, quod arbitrabatur ut principium dignitatis. Ad omnes extenditur mulieris titulus: ad unicam feminarum matris aspectus, cuius nomen in delicijs, à qua filius à lumpat e sentiam hominis. Christusque cum vidisset afflictum, non dixit: Mater, sed Mulier, & voce plena doloris: igitur in genitricis cruciamen ingens, quod quae matris dignitate, uti singularis anteedebat omnes, tractaretur à filio sicut cetera mulieres. Prævenit Christus in verbis amarissimum futuram amaritudinem, & quasi speculum poenae commutavit nomen. Se videre sine filio est matri suae.

Tom. II. Taut.

mum tormentum: & alium exhibet genitrici titulum, haud alienum ab amore, sed longe ab amore filij: etenim quasi non habuisset virginalis uterus; dixit filius matri, Mulier, & non amplius. Hispan. Dixo muger a fecas, como si esta muger no le huviera tenido en sus entrañas.

Mater. Quae credebatur causa amoris, augebatur cruciaminis. Mater. Perseverantia affectus dicitur, quippe vel offensâ non offenditur; licet amor, qui concipitur ex carne, crescat & adoleat, filio amori respondente. In destitutione ob filij dignissimi mortem, palliata Virgo-Mater totius doloris gravamea: & non Mater dicit filius, sed Mulier; ut pateat pectoris mæror ex quo fonte surgit amor: igitur præmit vehementer: cum videatur sola mulier, quae erat dignissima mater. Mater. Mulier. Divisa est anima poenâ, quippe transixa, & quia mulier & quia mater. Anima translata per doloris vehementiam, quoniam quolibet pertingebat usque ad animum. Percussa est vulnere super vulnus; etenim in filij privatione, & vulnere mulieris vulnus accessit condolentis matris.

7 Uti signum holocausti Agni immaculati comite Virgine (igitur Christus carnem, & Virgo immolabat animam tristem, ut sacrificium offerretur ex sanguine carnis, & ex sanguine cordis) dicitur Isaac in sacrificio à Patre, destinatum à Numine. Tolle filium tuum unigenitum, quem diligit Isaac. Tolle amantissimum, unicum, & dignum amore Isaac, & tolle tu. Non sufficit tanta cadis imago, ut pectus opprimat amaritudinem? Quod rapitur pectus? Ad cepta deficit manus? Sufficit mortis dolor. Mortis ne displicet auctor? Filius cinis exiguus erit & flamma, nec remanebit dilectionis umbra? (Retorquatur Ethnicus libr. 8. Met. Fab. 4.)

Perat sceleratus: at iste Spemque patris, regnumque trahet, matrisque ruinam?

Mens ubi materna est? Ubi sunt pia vota parentum? Immolabitur Isaac? Tolle & tu. Offerretur & à te. Minime fiet ab alio, ut tui constet pectoris fortitudo, & subiectio legis superior decreto: igitur si certamen magnam sustinetur passionem, dum manus extenditur in filium, in unicum, in dilectum, tolle tu, ut in illo vincas te. Tolle tu in fortitudinis lauream, ut obtineas ex certamine coronam: quippe nullam acerbitas in patris pectore, quam videre unicum & dilectum in ara pati. Tolle Isaac, & tolle tu; ut dum tollis, tollaris, quia non tolleris; siquidem

Re

vul.

Surgit mæror, ex quo amor.

Ioab. 16. 15.

Gen. 22. 24.

Ovid.

Acerbitas doloris filij matri carissimum unicum illi parenti.

vulnus atq̄ fedet in animo non mori, moriente filio. Tolle, ut clareat paterni cordis constantia: etenim gravissima pœna, ire in montem nati comitem, & morte filij reverti in domum non patrem.

8 Sane huiusmodi holocaustum, holocausti filij agni immaculati signum: Christus itaque & Virgo compleverunt opere, quæ Isaac & pater solummodo pasi mente. Agamemnon etsi filiam sacrificio exposuit, mortuus stetit, & deinde vultum ab hostia Iphigeniâ declinavit. Cantu Lucretius lib. 1. de Rev. natur. v. 90.

Et mox sum simulante aras adflare parentem. Fortior viro stetit femina, & in validiore angustia: igitur unicus matri pendebat mortuus in cruce: & ut præstaret cordis mollissimi in muliere singularis constantia; sit sacrificium ex unico & dilecto, & coram ipsa. Mulier erat, & mater.

Vultus erat modò quem misereri credere posses. Vim geminam sentis, pareteque incerta duobus, Et diversa trahunt unum duo nomina pectus.

Sed semper stans: ut mater sola, ut mulier derelicta; autâ utrinde pœna, ex eo quòd mulier mater derelicta, & sola. Sola quippe in solitudine mulier: & magis sola, quippe in solitudine mater. Sola & derelicta. Derelicta ut mater: & magis derelicta, quoniam quæ mater sola, sola mulier.

9 Cum Sole sola: fuit epigrapha emblematis Virginis iuxta crucem filij adstantis. Vide Picinellum in Munda. symbol. lib. 1. cap. 11. num. 357. Destruit cogitatio quæ astruit: igitur si accuratè perpenderis, in vigilantia acuminis implicant voces. Cum Sole sola! Si afflictio ex destitutionis oriur amaritudinæ, qua lege sola cum Sole? Sola stat, & meret, quia Sol occidit. Quomodo sola, si Sol licet cum eclipsi manet? Quomodo cum Sole, si Sol deficit? Quia sola, debet affligi: congruit cum Sole exultare: & abundat sola doloribus, quoniam Solem habuit in visceribus. Si non habuisset, esset sola, & non in ampliore pœna: cum minimè pateretur uti mater: & stat cum Sole sola; quoniam ex eo quòd habuit in visceribus Solem, acerbiorem constituit solitudinem.

10 Quomodo, sedet sola civitas plena populo! lamentatur Ieremias. Quid? Est ne in destitutione novitas? Quò non extendetur lamentatio, matrem Christi si videret solam in tanto supplicio? Quomodo? Vox est mirantis dolorem: quid si videret mysticam Dei civitatem? Quomodo sedet sola? Miratur patientiam in angustia, quippe non est in homine ad tot dolores patientia: & dum deficient voces in expressionem anxie-

Maria sola cum Sole.

Thren. 1. 5

tatis solitudinis, pro vocibus sufficiuntur admirationes. Nota: Plena populo sola. Phrasè Latinâ fetus conceptio, vocatur femine plenitudo. Ovidius de Europa, lib. 5. Pastor. Te Sidoni Iupiter implet.

Alcimus Avitus ad Soror. de Maria: & Sedulius, lib. 1. de Evang. Histor. v. 168.

Complevit viscera verbo.

Spiritus implet sancto cui viscera fetu. Hinc dubium: Quomodo sola, plenâ? Quomodo cum filio & sine filio? Ut exprimat genitricis solitudo. Si dumtaxat esset sola, posset vocibus designare dolorem, & simul solitudinis gravamen: sola & plena dicebat dolorem solitudinis, sed solitudinis matris: & miratur Propheta, quòd sit plena, & quòd sit sola: igitur matrem pati solitudinem: ob interitum nati, in conditione humana cogitatur impossibile. Quomodo fedet, si filius occidit? Quomodo vivit, quæ sola non vivit! Quomodo vita, si quæ plena, sola? Quomodo vivit sine quo moritur, in quo moritur, & pro quo moritur? Quanta matris pœna, dum pœna matris morebant sidera cuncta!

11 Per affectum maternum (inquit Novarinus in Umbr. Virgin. lib. 4. Excurs. 46.) facta est Virgo crux. Crux Virgo-Mater erat? Quo pacto si mater iuxta crucem stabat? Si crux extra, quomodo intrâ? Per affectum maternum, & cordis ab amore supplicium: igitur quæ mater plena amore, crux est sibi, videns filium in cruce cruciatibus expirare. Patitur intrâ & extrâ. Intrâ amaritudine pectoris; extra tormentis sensibus objicit; stans iuxta crucem corpore, & in ipsa cruce mente.

Ecce origo materni summi doloris. Iuxta crucem solitudinem est perpessa: sed stabat alia, scilicet, quòd cum esset mater, esset sola; ut mater non esset, in quo vis maioris solitudinis consistit. Solitudo communis mortificat, non interficit: solitudo matris spiritum crucifigit: & gravatur associato cruciamenti, dum cor stat in cruce & iuxta crucem. In cruce transfigitur corpus, iuxta crucem transfigitur animus. Illud in mortem; hic in maiorem anxietatem: igitur vivens sustinebat solitudinem mortis, quippe ferebat solitudinem matris. Ut mater erat in cruce, ut mulier iuxta crucem. In cruce designabat passionem, iuxta crucem compassionem; signatis etiam doloribus, pluribus solitudinibus: etenim cum Virgo esset iuxta crucem contemplans morientem filium, crux sibi ipsa met est facta per maternum compatientem affectum.

12 Observemus acta. Cum vidisset Iesu-

Ovid.

Sedul. Alc. Avit.

Solitudo à filij morte importabilis à matre.

Novari.

Virgo crux sibi dum fratellus in cruce.

Crucifixi-xa mite.

Joann. ubi sup.

Ut mater erat in cruce.

Christo maxima pœna, eò quòd genitricis est sol.

Cum pœna mater inanis querit pœnam.

13 sus matrem dicit: Mulier. Iuxta crucem erat mater Iesu; attamen iuxta crucem non stabat ut mater, sed ut mulier. Magnum patet discrimen inter solitudinem matris, atque solitudinem mulieris; igitur dilectionis causâ insolentis pectoris pœna: & dicitur, quòd iuxta crucem quæ erat mater, non stabat ut mater, sed ut mulier; ut exprimat vividius acerbitas in dolore: quandoquidem mulier, quæ mater erat, erat in cruce. Cum vidisset matrem, dicit: Mulier. O pondus amaritudinis! Promittit non tantum solitudinem, sed solitudinem matris: & cum vidisset matrem, vocat mulierem dilectus filius; quippe ut mater videatur in huiusmodi angustia, non est animus. Venacile: Para ver en una Cruz à una Madre, no ay valor.

Cum vidisset. Quid? Nihil dicitur amplius? Quid dicendum? Excedunt amoris icus, quicquid quibant concipere cogitatus. Cum vidisset: quidnam? Matrem: & vocat mulierem! Dolor ex amore vel sensus aggravat: etenim matrem non videbat, quam videbat. Cum vidisset matrem, dicit: Mulier. O Deum! O crucem! Haud valuit amor ita respicere matrem. Cum vidisset matrem, matrem non nominat, cum ita vidisset. Vidit: Hoc tormentum restabat amanti filio, videre genitricem in graviore tormento. Cor cogitando deficit; & ut plus pateretur, matrem vidit. Matrem vidit, & amor non est ausus signare genitricem, cum vidisset matrem. Matrem vidit, & dixit: Mulier, quasi non videret. Vidit matrem, & filius cordis affectus, ne nomen dulcè renovaret mulierem. Vidit matrem & appellavit mulierem, ut ita matris designaret solitudinem.

14 Progrediamur ultrâ. Mater erat Maria, iuxta crucem stabat, verum non sola; igitur ob doloris levamen, alia femine stabant iuxta crucem. Erat sola, & non erat sola. Erat sola ut mater, non erat sola ut mulier: & ut mater sola affligitur anxietate; quippe sola ex mulieribus erat in cruce. Alie ibi stabant, sed non stabant ibi, ubi pia mater figebatur amore: & cum essent in solitudine tanta, dumtaxat Maria designatur ut sola; quia maior solitudo nequit dici in dolore signum doloris, respectu doloris solitudinis matris. Patet: Cum vidisset matrem. Alias feminas, & dolentes vidit: & non vidit videns solitudinem dolentis; quippe illarum dolor, non dolor, in collatione cruciamentum genitricis. Alie stabant, & stantes vidit, verum non dicitur vidisse præter genitricem alias. Animus & favor.

Tom. II. Taut.

oculis inest: ait Plotinus lib. 11. cap. 37. Descriebat alij foemina digitas matris: & solummodo dicitur vidisse matrem; quippe illa sola patebat solitudinem. Oculis dilecti vel gravius levatur pœna, quibus & dilecti angustia, & matrem vidit, ut aliquantulum haberet levamen, cum præ cunctis portaret pectoris amaritudinem.

14 Vidit & videndo favit, igitur vise solatium filius querivit. Mulier, ecce filius tuus. Hocine solatium? Aeris præ cunctis tormentum, & gravius amaritudo. O dira commutatio! exclamat Bernardus Sem. de Duodec. stell. Ellet atique reliquis feminis in solitudine favor, verum Virginis dolor, & summus dolor, igitur mariori solitudinis matris vel umbra non apparet consolationis. Mater erat, sed sola stabat, unde quamvis filius in tuffecto sollicitat consolationem, fugit sanequam matrem; quippe magnum solitudinis tormentum, ubi in tormentum convertitur vel solatium. Vidit, vivendo fovit, favit, & oculis solatium genitrici querivit; cæterum in solatio mater dolorem ostendit, ob tormentum solitudinis, torquens animum in penetrabilibus pectoris. Quis est homo, qui non fletet? Summus dolor Virginis claret: siquidem etiam filij favores convertuntur in cordis amaritudines.

15 Modò percipitur sensus testimonij Epiphaniij apud Novarinum ubi sup. Dico illam (Virginem Deiparam) esse thronum & crucem. O ventrem! à Crucem! Vox omnino dissona: fallor, videbitur adæquata. Crux patet cunctis afflictio, quæ longè à throno: Virginis venter throni splenduit celsitudo, quo filium concepit in gaudio. Per ventrem designatur Virginis maternitas, & summa dignitas: quæ igitur causa sanctissimum thronum ventrem, Epiphanius signat crucem? Crux est proculdubio pœna: & crux dicitur apud matrem pœna, quippe sola ex mulieribus iuxta crucem, crux facta sibi concepit, eò quòd cruci affixam filium visceribus habuit. Propter thronum dicitur mater felix: per crucem passa, quæ alia non pertulit mater: & crux vocatur iure Virginis venter; quoniam ob filij passionem, thronus excelsus convertebatur in crucem. Per thronum mater erat felicissima; per crucem autem remanebat sola: & Virginem esse matrem vocat Epiphanius crucem, ut signetur ex angore, quantum dolor solitudo in genitrice: igitur haud vividè voces designant derelictæ matris anxietatem, ni solitudo exprimitur per crucem.

16 Etiam à filio è cruce signatur do-

Plin.

Thil. Burcard.

Virgini tormenti quod solatium.

Epiph.

Nomine crucis de finitur solitudinaria.

Rt. 2. lor.

Ubi sup lor. Cum vidisset matrem, dicit: Mulier. Mulieris titulo in matre ostenditur solitudo. Ut mater thronus est, ut mulier crux: & quæ mater, titulo signatur mulieris, ut palam fiat in illa solitudo solitudinis; igitur in crucis importabile tormentum convertitur est matris singularis gaudium. Ego desolata & sola, verius quam Ierusalem, iuxta crucem dicere quibat Maria. Sola & desolata? Sola sola. Quod solitudines in animo, ut solitudini alia addatur solitudo? Est utique desolutio matris, & desolutio mulieris. Utraque in Maria: & dicitur in desolatione sola & sola; quoniam in solitudinis amarissimo tormento, fuit alia atque alia sensibilibus solitudo. Iuxta solitudines inferebantur cordi faucio dolores, & dolores iuxta cruce: diciturque sola sola, quia super vulnere vulnera: etenim cruci mulieris, iungitur crux solitudinis matris.

17. Constat ex signo quantum doloris in genitrice: qui vidit, testimonium perhibeat veritati. Signum magnam apparuit in celo, vociferans mulier. Quæ hæc mulier sustinuit in Calvario, apparebit in celo. Vidimus supr. num. 2. clamantem, & quia filius raptus, fugientem in solitudinem. Ita igitur orbis filio, describitur desolata, verum necdum in extrema poena; igitur ut designaretur cruciamentum ultimum, dicitur fuit mulieri dicitur ala aquila magna, ut volaret in desertum. Non fugerat in solitudinem? Uti que. Fugit ubi erat? Nequaquam. Quod igitur volat? Quor sunt deserta? Plura, ut illa & sit desolata, & sola. Erat solitudo matris: ideo dictum fuerat: Peperit. Erat solitudo communis, quapropter vocatur Mulier: & additur desertum deserto, & solitudinem etiam alia solitudo: quippe cruciamenti solitudinis mulieris, superpositus dolor solitudinis matris.

18. Per solitudinem saepe cordis amari designatur cruciamentum: & ubi additur solitudo in deserto doloris, exponitur summus dolor in dolore solitudinis. Phrasia utique communis in Scriptura. Ezech. 29. 9. In deserto & in solitudine de quo nobis, Deo propitio, Tom. 8. Tautol. 1. ad illud Sapient. 11. Iter fecerunt per deserta, que non habitabantur. Modò ergo intendamus in Christi querelam per Prophetam Ieremiam. Dederunt (scilicet Iudæi per filij mortem, Virginem-Matrem) portionem meam desiderabilem in deserto solitudinis. Quid hoc? Potest esse desertum sine solitudine? Potest, quippe desertum non construit locus, sed solitarij animus. Hic facit civitatem habitatoris. Si eadem significatio utriusque pp-

cis, ad quid additur desertum, & solitudinis? Ut de signetur in portione desiderabili, Virgine matre, dolor summus in dolore. In deserto erat, quia mater: & in deserto solitudinis, quia mater. In deserto ut mulier, quia erat sine patrocinio, sicut ceteræ mulieres, cruce adstantes: & additur solitudo deserto; quoniam in solitudine erat alia solitudo: solitudo matris iuncta dolori solitudinis mulieris: equidem alia, Christo mortuo, erant sine patrocinio; & Virgo ut mater absque protectione & termino. Adificavit sibi solitudinis in adæquatione doloris. Qui tibi nunc sensus? Qui, cum aspiceres corpus miserabile nati? O quam amara, quæ semper dulcis Virgo Maria! Sit ergo contemplatio dolorum, in renunciatione criminum. Si hoc est in viridi, quid erit in arido? Respiceat animus, & vocetur lachrymis penitendo. Tanta mala sine malo (canit Lactant. Firmian. Carm. de Pass. Dom. v. 56.)

Isaque supplicia inspiciens, mortemque severam, Corporis innumeros memorans, animique dolores, Disce adversa pati, propriaque vigilare salutem.

DIDASCALIA VII.

Cordis diversorium Christus non amat, ut cordis ipse sit cor.

Monet Novarinus in Vmbr. Virgin. Excurs. 19, num. 220. Animæ vita dicitur, quippe sine Deo vel vita mortuâ: & Deus per cor sollicitat animam, ut vitæ cordis elargiatur vitam. Frequenter dividitur cor in opposita, & domino cordium non placent corda divisa. In toto corde exquirendus est, & divisa voluntate non offertur totum cor: quod quidem ni totum, profectò nullum. Date nobis de oleo vestro: dixerunt fatuæ virgines prudentibus, ut prudentes essent fatuæ. Si oleum charitas & amor, infelix exitus, Non prodest amor divinus. Ne forte non sufficiat nobis & vobis, responderunt, Ite. Aptius responderent, ni dicerent, Fortè. Flamma lampadis peccatoris tota caelum versus petit: amor divinus non sufficit.

Me tibi cum totum dederim, vanissima, cordis. Cur mihi, virgo, tui pars aliquanta datur? Quod

Virgo da plicem solitudinis paja.

La. Firm.

Novarin.

Deo dicandum totum cor.

Psal. 10. Math. 25. 8.

Non prodigiosa alicuius. Ver. 9.

Hes.

Quod mihi donasti magno pro munere, non est Si neget hoc iusti ponderis aqua bilis. Ait Amor divinus sponte apud Benedictum Hasien. in Corp. Schol. lib. 1. lect. 6. & 17. Nollum sacrificium gratius Deo, quam cordis oblatio. In alijs rebus pars sufficit, in sacrificio cordis ni sit totum, totum deficit: igitur nihil offerendo consecrat, qui in sacrificio cordis, cordis aliquid servat.

Gen. 22. 2. Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Isaac, & offeres in holocaustum: dicitur Abraham. Per filium unigenitum, & dilectum, cor intelligitur: per cordis sacrificium amor cognoscitur: etenim si cor unigenitum voluntatis, & voluntas unigenitum offert, profectò diligit.

Prudent Senile pignus qui dicitur victima, Docens ad aram cum litare quis velit, Quod dulce cordis est, quod pius, quod unicum Deo libenter offerendum credito. Canit Prudentius Praef. in Pyschomach. Ita enim Abrahamus in unigenito, dilectissimo Isaac, libenter dedicat cor: sed offert in holocaustum, ut sit cordis sacrificium: etenim cum victima in holocausto tota deditur Deo; holocausti tantum acceptabitur oblatio: igitur si ex corde sit sacrificium, nullum erit absdubie, ni sit totum.

3. Natus est Salvator in Bethlehem sed extra locum, ob insigne documentum. Haud quia non erat diversorium, natus est in praesepio; sed quia non erat ei locus in diversorio. An ars eius ingenio amoris, ut hominum excusaret vel umbram ingratitude; cum adveniens repelleretur, & pulstantem ostium cordium, etiam sui non receperunt? Aliter cogitat Clemens Alexandrinus. At mihi quidem (ait lib. 2. Strom.) videtur cor non esse aliis simile diversorium. Cor est huiusmodi hospitium, & locum Christus non habet, si cor fuerit diversorium. In diversorio est ad egressum ingressio: & non habet Christus locum in diversorio; quippe in animatum commodum, querit ex hospitio mansionem, & non hospitium. Est in cordibus ut maneat, minime, ut exeat: recipitur gratia, repellitur culpa: & non est ei locus in diversorio, quod construit varia hominum cogitatio; igitur ambiens permanentiam in corde, cogitur egredi.

In diversorio primo occupanti conceditur locus, sive bono sive malo: nulla est personarum distinctio: imò à quolibet hospite aperta ianua, domus habetur ut propria: minimeque placet Christo, in corde habitare cupienti; quod cor hominis aperitur, advenienti quilibet cogitationi. In

Amor di vinas no querit in cordibus hospitij, sed mansentem.

Nitotum nullum.

Gen. 22.

Prudent

Congruit esse holocaustum, si cordis sit sacrificium.

Luc. 2.7

Clem. Alexandrin.

Psal. 10. Math. 25. 8.

Non prodigiosa alicuius. Ver. 9.

Hes.

diversorium ingrediuntur qui volunt: & ingredientibus malis, Christo non erit hospitium: igitur dum de cordibus fatigat, sibi soli tantum querit. Quæ participatio iustitiae cum iniquitate? Quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conventio Christi ad Belial? Quæ denique pars fidei cum infideli? In diversorio propter divitem habitum humilis non admittitur, & eadè admittitur repellitur: nequitiae placere, quod ut ingrediatur vanitas, paupertas humilis eijciatur foras. Displicet Christo, ab animabus iustis recipi vanitates, etiam ut hospites. Quantum ergo gravabit domus virtutibus vacua, & sceleribus plena, vel adstant diversorij, modò plena, modò vacua? Mavult Salvator praesepium, quam cordis ita pravi diversorium: igitur dum pulsat pectus, respondetur intorsum: Non est locus. Praeoccupant enim vanissimè illecebrosæ voluptates adventum felicem diligentis Redemptoris. Ibi esse sentit, & fugit, quia cor vanitates recipit: quod declinat reclinandus in praesepio, quia amor non est locus in diversorio. Quo pacto introgredietur habiturus in pectore, si intro sunt inimici truces animæ? Ut ingrediatur Salvatoris claritas, princeps mundi eijciendus est foras: igitur quandiu anima dilexerit huiusmodi contubernium, qui in corde nasci intendit, Salvator non habet locum.

4. Locus ergo preparandus, Salvatori nascituro. Ubi? In corde: sed non tamquam diversorio: igitur dum pulsat in hospitium, querit habitationem & non transitam.

Virga recens zephyris, nervo curvabitur arcus, Igne ebalybs, adamas sanguine, corde Deus.

Canit Baptista Mantuanus. Obluit in Isaac pater unigenitum cor in holocaustum; & locum ubi obulit, appellavit: Dominus videbit. Hebraei, ut vidimus in Litter. Exposit. num. 29. legunt: Dominus videbitur. Deus trahitur corde: & dum sacrificium ex toto corde offertur, Deus est ibi. Iare cum sacrificio cordis iungitur divina presentia, ut rursus acceptiois praesentia: etenim Deus in pectore videbitur, si totum cor cordis domino sacrificetur. Videbitur. Lumen inaccessibile explorabit ab homine! Filius Dei, qui in sinu Patris, super faciem telluris! In praesepio iacebit qui continet mundum, & quem caelorum ambitus capere nequaquam possunt! Qui solvit in cursum rucias stellas, videbitur inter facias! Ritus & gaudium orbis plorabit vanciens

Cor ad infirmitatem versum pessimum.

Deus cor de trahitur.

Mant.

Gen. 22. 14.

Et videbitur.